

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Similitudo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

tis fœcundari. Ostendo exemplo. Laudandum mihi lillum proponitur, (versabor enim in ijs argumentis, quæ forenibus causis, & chris difficultiora sunt. Sic eius laudem ab omnibus locis pertexam.

### DEFINITIO PER synonymiam.

**Quomodo** **Q**uid est enim aliud lillum, quam terræ ex omnibus ornamentum, plantarum gloria, oculus locu deser- florum, pratorum gemma, pulchritudo radijs ponda sint suauiter emicantibus fulgurans, ut Sappho di- argumenta. xit de rosa: οὐδὲ μέτρον ἀνάμεια, φαίνεται: Utinam enim oratores, ut docebo, maxi- mè in exornatio genere his definitionibus.

Per descriptionem.

Videte ut est ex omni parte formosum. Num excelsa facies? num maiestate cinctum caput, cuius oneri vix collum sufficit? Num argenteorum foliorum striati ordines? Num paulatim in latitudinem se explicantes angustiae? Num resupina per ambitum labella? Num de- liciosa, quæ interius sunt filii? Num folio- rum stantia croci aureolis capita? Num odore, num candor eximius facit istud, vel me tacete, praedicant?

### NOTATIO

Nec immerito profectò Graci λίσπει, & καλλιγρ. Latini lunonis rosā, Mauritanī, Su- sen ab urbe potentissima, nobilissimaque ap- pellant. Hæc omnia sapient blandam pulchri- tudinis maiestatem, sed efficacius λίσπει tenui- sum, suauem, amabilem florem significat. Quis nominis tanta etiampliudo, ut flores omnes, qui modū specie, & suauitate sunt ex- cellentes, λίσπει nominet Apollonius in Argonautes.

Εἰς δὴ λέπτα γελά περὶ λόφοις μέ- λοτοι.

### PARTIVM enumeratio.

Quod mihi videtur etiam spectasse naturam, quæ lilia in tot pulchritudinis genera diuisit, ut non unum duntur florem, sed omnes omnium eximios colores & dignitatem vide- antur assequi. Si candida consideres, quid purius, aut amabilius? Si Persiana, quid specio- bus? Caulis est illis ternum cubitorum, quem fusæ ambiunt folia ex cæruleo virentia, mu-

cronata, flores nutantes nolarum effigie nigri- cant: radix bulbosa, fissa, minimè squamis lotis- cata, albida, auerla parte sessilis, & plana, por- rectis subtus obscure flauentibus. Si Polycratis, quid artificiosius? Nam & haftulas emulan- tur, & radices habent multas, non admodum crassis, albas, hue, & illuc sparsas, dulces, glutino- nosas, ex quibus caulis erigitur sepius duos cubitos altus, canus, sine medulla, in quo flo- res candidi, odorati, stamina lutea, semen in vasculo triangulare, conclusum, nigrum tri- querum. Si rubra, quid magis varium? caule quidem minora sunt, folijs angustis, & nigri- cantibus, & summo flores erumpunt, singuli- suis pediculis, modo longioribus, modo bre- uioribus insidentes, coloris purpurei, eroci, & rotulis similiis quibusdam nigris, & per- quam exiguis ornati. Si cruenta, quibus flores rutilant, & bulbos nuclei stipatos proferunt, quid ardensius? Quid Narcissos, & Homero- callidas, & cetera id genus commemorem, nullibi fœcundiori pulchritudine luxuriasse natura viderut.

### CONIVGATA.

Nihil mirum igitur, si quicquid delicato pulchritudinis flore suauiter entescit, hoc à lilio lillatum dicimus. Sic orationem liliatam une ratione fleur delise, quam Dionysius Hali- carnassius βορρωχιόληρον λέγει nominat.

### G E N U S.

Omnis quidem flores singulare naturæ ri- dentis clementia, ad humani generis oblecta- tionem, vniuersi decus, variaque utilitates profundit, quorum suu non modo profana re- creantur, sed sacra ipsa excoluntur (& hic latus dicendi campus.)

### SPECIES SEP- forma.

Verum peculiari quodam iure lillum fibi vendicat, quod simili aspectis, statim tibi præstantissimi omnium floris veniet in mem- tem.

### S I M I L I T V D O.

Quid non magis exhilararet, quam aspectus pulcherrimorum Aulorum? quæ natura om- nium architecta, & parentis, ubique stravit in suis latifundijs, ut admiranda forma, & spe- ciosa varietate colorum, radicis, caulis, ramorum, foliorum, floris nostros oculos pa- seret?

etet, ac reficeret, spectaculo quidem ornatisimo, & insuetissimo, quod etiam, vel maxime iqualidos, rusticos, & incultos homines allicit, & delebet. Quando vero Salomon in hac regia fortuna opulentia, & omium deliciarum mollitie, tot exquisitis vestimentis coloribus radians, ad unius lilię dignitatem allutrix?

## DIFFERENTIA.

Habent quidem manufacta, plerunque egregiam venustatem. Sed tantum à naturali pulchritudine differunt, quantum natura Dei illius præpotentis administratrix, mortaliū manus, vim industriaq[ue] superat. (Ethic excurseri laetus potest in differentia naturalis pulchritudinis, & manufactarum.)

## CONTRARIA.

Si igitur natura ita insigilante flores nigros, infatuos, male olentes detestans: qua amoris bencouentia lilyū amplectemur; quo nihil ad candorem amoenius, nihil ad proprieatis significationem candidius, ad odorem etiam, quem suauissimum spirat, dulcissimus quicquid esse potest?

## ADIVNCTA.

Accedit ad ceteras lilyū virtutes, quod in Francorum sive insignibus: Idque non humano confilio, sed Angelū cœlitus determinat benedictio, quo nihil ad lilyū laudem dici potest illustrias. Francia illa, ceterarum gentium Regina, quam HONORIVS tertius, Pontifices Christi pharetram leonis lilyū sagittis abundantem appellat, quam Gregorius Magnus tam ceteris nationibus p[re]statae censet, quam Regiae dignitatis apex omnibus honoribus antecellit: Francia, inquam, illa lilyū ab ipsius penè mundi cunabulis in Moysis candelabro, & Salomonis templo sanctissimis reliquias consecrata, per valuerium terrarum orbem suauissimi odoris halitus diffudit.

ANTECEDENTIA,  
Consequentia.

Ica autem amplexa est, ut Regem Francorum in illa maiestatis fede, & lustitia palu[n]ari (quod vocant) sedentem, sine lilyorum insignibus, non magis intueri liceat, quam sole lucet. Vbiunque Regia Maiestas ius diuina fuderit, ibi lilyū: vbiunque lilyū fulserit, hic Regiae maiestatis quoddam radios præferte dicas.

## REPUGNANTIA.

Nec minus repugnat Regem venerari, & calcare lilia, quam Caesars adorare, eorumque statuas strangere, deterere laures, honoris insignia refellere.

## CAVS SAE.

Sive igitur cum effet patius, & lacteus Hercules Novicæ lunonis vberibus suppeditus, argenteus mammalium humi cœlestibus filii depluens, tauro florem produxit, sive natura plenis lux multitudine, velut caput ediderit, nihil plantis inuenio diuinus.

## EFFECTA.

Neque tantum ob speciem illam maiestatem dico, qua prædictum est, sed propter magnas, & voces, quas in hominum commoditatem deriuat utilitates. Quis enim nescit, quod habet Pallad. i.e. se rufica? oleum liricum ad morborum remedia, per quam salutare semper extitisse, &cet.

## COMPARATIO MINORVM,

## Oparium.

Quid igitur si calidis, ac violis, & huiusmodi floribus tantum tribuimus, quid hinc deberi existimatis? quod ipsum constat longe omnium esse præstantissimum. Nisi quis forte rosam Sapphonis, & Anacreontis verbibus decantatam illi parem esse contendat; Huic non multum aduerbor, modò lilyū inter flores Regis partes obtinere fateatur, rotam huic veluti Reginam comitem adiungat.

## De Locorum delectu.

## CAPVT X IV.

Placuit hoc specimen fabriquere, ut ostendem, quanta est in locis ad quamlibet questionem tractandam fecunditas, non quod velim, omnes, & ito ordine intrudi. Recte M. Tullius. Orator locos percurret omnes, Cicerone utetur aptus, non imprudenter ita copia, sed omnia expendet, & felicit. Non enim semper, nec in omnibus cau[n]is, ex ijs eadem argumentorum momenta sunt. Iudicium igitur adhibebit, nec inueniet istolum, quod dicat, sed etiam expendet. Nihil enim teratius in genijs, ijs prædictis, quæ discipiuntur exulta